LIBRARIÆ UNIVERS. JAGELL. CRACOVI
Clm 4100
XII. k. 24.
H H V 15
VIII. a. 43.

43.

Stanislaus Aurofaber
Cracoviensis

Aurofaber

Cim. Qu. 4100

# Ephemerides anni chri ſti. M.D.xij. Per Magi ſtrum Staniſlaum Cra couienſem Ad meridia- num eiuſdem vrbis dili- genter ſupputate.

¶ Staniſlaus Cracouienſis Artium magiſter Bonarum
artium Cultoribus Salutem.

SI humane nature dignitatē animis noſtris viri doctiſſimi conſiderare volu-
rimus: multis ꝓfecto illam et magnis beneficijs per primū rerū parentem orna-
tam: ceteraqꝫ animātia facile antecellentem perſpiciemus. Que etſi ampla oīa
claraqꝫ laude celebranda ſint. nullum tamen ratione preſtantius inueniri poſſe
arbitror. qua homo a brutis ſequeſtratus: nature archanorum inquiſitor ſoler-
tiſſimus: cauſarūqꝫ celeſtium inexplicabilem ſeriem habentium vigilantiſſim⁹
indagator effectus eſt. vt non ſolum preſentium (quod brutorum eſt) verum ⁊ futurorum contingē-
tium: quantū ſue fragili facture conſonū eſſet ac expediens: haberet noticiam. Proinde aſtrorum
obſeruatores diligentiſſimi hoc munus creatoris amplificū in ſe cernētes: ꝙ tanta fuerint nati cō-
ditione: terreſtria omnia dedignati: ⁊ quicquid hui⁹ mundi eſt (quib⁹ iners vulgus inhiat) poſtha-
bentes: nobiliſſima celi capti pulchritudine: inenarrabiliqꝫ ipſius virtute euocati: vltra mundanā
curiam diuinitati proximā aduolauerunt. Quos Naſo poeta illo luſit carmine: Felices: inquiens
anime: quibus hec cognoſcere primis: Inqꝫ domos ſuperas ſcandere cura fuit: Non venus ⁊ vinū
ſublimia pectora fregit: Officiumue fori: militieqꝫ labor. Admouere oculis diſtantia ſydera no-
ſtris. Etheraqꝫ ingenio ſuppoſuere ſuo. Inuaſerat enim animos eorum ambitio quedam ⁊ cupi-
ditas celeſtis illius machine agnoſcēde. In quā inſpicientes: ſtellarum fixarum imagines: nexuſqꝫ
earum mirificos. Erraticarum cōgreſſus: obiectatus: intuitiones: acceſſiones: diſceſſus: ceteraſqꝫ
habitudines earū cognouerunt. Dehinc altius rimati: ſolis luneqꝫ labores: anteꝙ eueniant: enī
ſunt preuidere: predicereqꝫ. Ego quoqꝫ: cui altiſſimus id gratie impartiuit: ſcientie huius nobiliſ-
ſime amore allectus: ex officio Almanach ad annū Chriſti. 1512. currentem: veſtigia maiorꝝ ſecta-
tus: maiori qua potui diligentia confectum: in lucem edere operepreciū duxi. quo accidentia va-
ria a ſuperiorib⁹ euenientia cauſis: tempora quoqꝫ electionum humanarū: ⁊ alia ꝙplurima ab his
quorum intereſt: cum nō mediocri hominū vtilitate preuideantur: ⁊ certius predicentur. Motus
in eo omnes poſiti: ad veriſſimā Cracouienſis meridiani longitudinem: vrbis regalis famatiſſime
referendi ſunt. Horas autē coniunctionū ⁊ oppoſitionū ac omniū aſpectuū numerandas eſſe volo
ab occaſu diei precedentis: ad tactum horologij integri bene rectificati. vt facilior omnib⁹: etiā me-
diocriter eruditis: vſus ipſius patere poſſit. Cetera oīa in eo haud ſecus ꝙ in alijs ſunt cōpoſita.
Inuaſit me his diebus quidam (vt aiunt ſtudij Vienēn.) ſenex homo: edentulus: liuore plenus ac
virulētia. Furialiqꝫ permotus (vt ſuſpicor) furore: qui has laborum meorꝝ primicias: primoſqꝫ fru-
ctus telluris nouiter parturientis cōprimere ac eradicare ſua feritate ac minis contendit. A ma-
ioribus (vt reor) laboribus me abducere volens: ab hiſqꝫ deterrere penitus ne faciam. Qui ſolum ea
que nouit laudat: iactat: extollit. alterius etiam ſumma arguit: dilaudat: aſpernat̄. Tu quiſquis
es vir bone: qui tam furioſa impetigine in me duceris debachariſqꝫ: ſcias: nō iactantie gratia ali-
cuius: tua me ſtudia: vt aſſeris: ſpernere aut leuipendere velle. Omne enim obtrectandi officium
ſemper prophanū eſſe arbitratus ſum: liuoremqꝫ omnē a mente mea quoad potui propulſaui. Verū
id tue temeritatꝫ gratia: quia vſus eras in viros tam celebres: effectum eſt. Turpe quidem mihi vi-
ſum erat ab inſtituto maiorꝝ: doctrinaqꝫ eorꝝ deſciſcere: nouiſqꝫ penitus ac ignotꝫ tuis aſſertiōib⁹
aſſentari. Quis etenī (niſi mētis inops) equo tuliſſet aīo: tuā illā bacchabūdā clamoſitatē: ꝗ Blā-
chini et Alfonſi virorꝝ in aſtronomia illuſtriū: motus falſos: nullis adductis rōnib⁹: tā amplo oīe
audax calumniari pſumpſiſti? Nemo hercle: nemo. His adhuc nō ꝯtētus: in me irruiſti: eſtuanti
aīo: more muliebri: vbis ⁊ loqcitate. Quib⁹ vt puto a iuuēta ꝯſueſti hoīes doctos impudēter vil-

ſtare. Etatē primū meā inculcando:quid dicā:ꝙ etatē meā vtpote tenellā ⁊ minutulā mihi indece-
ter obicis. Nō te pudet hō leuiſſime id vitio dari: qđ apud viros ſapiētes oī laudi ac glīe tribuit.
Juuenilis quidē etatis me eſſe nō eo inficias. in q̄ oberrare paꝛūmp(ſiqñ ꝯtingat)tolerabili⁹ eſt ꝙ
in ſenecta delirare deſipereqꝫ. Studioſum me in ea etate bonarū artiū eſſe fateoꝛ: docti tamen no
men nec mihi ſumo nec arrogo. cum non poteſt non indoctus eſſe: qui ſe doctum fateri non eru)
beſcit. Si igitur mihi tecum pugna de etate agēda eſſet. ⁊ ſi is eſſem: quem tu te pꝛeſefers: ſcirem
(mihi crede)tibi naſum rhinocerontis: tueqꝫ etatis defectus ꝙpluri:os oſtendere. quo id tibi ad
nauſeam vſqꝫ refunderem. Sed faceſſat a me hec inſania: vt ego quēquam tam turpibus verbis
vt tu impetere auſim. cum ſciam homini litterato non eo gloꝛiam parari. Muliebris enim hec
eſt temeraria: et non viri ſapientis contentio. Jd tamen quod arti et ſcientie tuis detrahitur in-
eptijs: non ſilebo. Aſſeris(licꝫ falſe)me in Almanach meo falſiſſima vti motuum radice. quod ex
motu lune argumentaris: vbi mei motus differunt a motibus ſupꝛa Ulmam calculatis quadr a
ginta minutis plus: aliquando minus: fateoꝛ: pꝛaxi motuum id exigente. Adducis ex hoc differen
tiam Cracouienſis ⁊ Ulmenſis meridianoꝛum eſſe decem et octo graduum: ſi recte peritus calcu-
lauerit aſtronomus. Non aſſentiam: niſi craſſa nimiū hec fuerit ſupputatio. Subinfers: Quibus
gradibus ſi cuilibet ſexdecim miliaria dentur germanica: reſultant ducenta ⁊ octuagintaocto mi-
liaria inter Cracouiā ⁊ Ulmā. Hic iam amice erras: ⁊ tota via erras. Et ꝙ in re tam leui notat⁹
ſis: verecunderis rogo: erroꝛemqꝫ agnoſce. Nunquid non tuus Johannes Regiomontanus ſuas
ephemerides ad noꝛinbergam calculauit. negare id minime potes: cum epiſtola ſua in apice illarū
inſcripta iſtud indicat: vbi in tabula regionum paſſim habita quinquagintaſex minuta tempoꝛis
pꝛo Cracouia ad ſuas coniunctiones addi iubet. His minutis quattuoꝛdecim gradus coꝛreſpon
dent. quos ſi vigintiocto gradibus iunxeris longitudinis: qua ipſum pꝛo Noꝛinberga vſum fuiſſe
dicis(licꝫ iſtud ambiguum ſit)quadragintaduos gradus pꝛocreabis. Et cum Ulma parum occi-
dentalioꝛ ſit: aduerte tuipſe ſi non quindecim gradibus Ulma diſtet a Cracouia: non autem in
decem et octo: vt ſomnolentus puto cōputaſti. Jnſuper graduū differentiam cum in miliaria con
uertis: quantum deliras: pudet recenſere. Et niſi ſcirem te patientia mea abuti: pꝛofecto ſilerem.
Attende: ſcis ne meridianos circulos per puncta verticis duarum vrbium tranſeuntes in polis
mundi congredi. inter quos arcus circuli magni per eadem puncta tranſiens interceptus(vt ver-
bis tui Johannis vtar: que ponit quadrageſimoquinto pꝛoblemate tabularum pꝛimi mobilis)
locoꝛum intercapedo nominatur. Tales arcus vrbium verſus boꝛeam ſitarum curtioꝛes ſtrictio-
reſqꝫ ſunt: vt natura linearum concurrentium appꝛobat. Eapꝛopter non ſemper eadem ⁊ equa-
lis quantitas terreſtris ſpacij vni celeſti gradui debetur. Sed maioꝛ atqꝫ amplioꝛ ciuitatibus
equatoꝛi vicinis: minoꝛ diſtantioꝛibus ab equatoꝛe competit. Quod tu non conſiderans: in hos
computationū erroꝛes pꝛolapſus es: falſo nixus fundamento: ac ſi ſemper. 16. miliaria vni cedāt
gradui celeſti. Jmmo Ptolemeus ſapiētiſſim⁹(cui plus ꝙ tibi credit)ſub equatoꝛe degentib⁹ vni
gradui celeſti inter duos meridianos vrbiū īcluſi: ſolū. 60. miliaria italica ſpacij terreſtrꝫ tribuit.
quibus per q̄ttuoꝛ partitis (qm̄ q̄ttuoꝛ italica vnū germanicū faciunt)nō plura ꝙ. 15. germani-
ca pꝛoducunt. Paralello aūt ſubiectis vrbib⁹: inter. 41. et. 51. gradus eleuationis poli vni gradui
celeſti ſolū. 10. germanica cedent. que ſi in. 14. gradus diſtātie Noꝛnberge a Cracouia duxerꝫ. 140
miliaria pꝛoduces: ⁊ nō. 288. Jdētidē in reliquis tuis vrbiū diſtantijs factita: ⁊ nō errabis. Qz ſi
ꝯtēdas nec tot quidem eſſe miliaria: ſcias nō poſſe cōputationes aſtronomicas pꝛeciſe vulgari nu
merationi miliarioꝝ ꝯuenire: potiſſimū cū miliaria vulgi opinione quedā curtioꝛa: quedā maioꝛa
inueniūtur. Nō per miliaria itaqꝫ radices motuū a doctis ſtatuūtur: vt tu tuas credo ſtatuiſti.
Budā quoqꝫ in eadē eſſe dicis cū Cracouieñ. lōgitudine. qđ adeo falſum eſt: vt nō alia ꝙ eoꝝ qui il

ſic e Cracouia proficiſcunt᷑:egeat probatiõe.Caueas igit᷑ ne ilia eoꝝ in te ꝯſurgãt:quoꝝ ſtomachos in me cõmouiſti.Adde ꝙ per eclypſim Lune preteritã(quo certior modus deprehẽdendi lõgitudines locoꝝ dari nequit)firmiſſime agnoui veriſſimã vrbis noſtre lõgitudinẽ:quã ⁊ maiores mei diu dũ agnouerũt. Qꝫ ſi nõ tantã proteruiter ꝯtẽdes eſſe lõgitudinẽ:aduerte oppoſitionẽ luminariũ 25.die ſeptẽbrꝫ vẽturã:que eclypſalis ſub terra eueniet.eius finis cracouienſib⁹ mox poſt occaſum ſolis vna ferme hora apparebit.Quare ſi minor diſtãtia tui loci:pro quo calculaſti tuũ almanach a Cracouia ꝙ̃ ꝑ horã foret:cur ⁊ ibi nõ nihil ipſius videri poſſet. Motus inſuꝑ lune tui almanach cũ motib⁹ vlmenſib⁹ nũc cõcordãt:nũc ſeſe mutuo excedũt. Tẽpora qꝫ ꝯiunctionũ ac oppoſitionũ luĩariũ aliqñ excedunt ea in media hora:aliqñ excedunt᷑ ab eis.vt nemo ſapiẽtiſſim⁹ etiã vix augurari poterit:an oriẽtaliori vel occidẽtaliori loco ꝙ̃ vlma ſit aut norñberga:ꝯueniãt. Itẽ oppoſitionẽ ſol'⁊ lune.23.die nouẽbris ante meridiẽ ſm horas tuas poſuiſti. que tñ poſt meridiẽ eiuſdẽ diei ſm motus vẽtura eſt. vbi motus lune a te poſitus ab vlmenſi in vno gradu ⁊.13.minutis differt: locoqꝫ oriẽtaliori ꝙ̃ cracouia eſt ꝯuenit. Preterea ꝯiũctionẽ ſolis ⁊ lune octaua die decembris.22. minutis poſt meridiẽ futurã poſuiſti.que ante meridiẽ diei eiuſdẽ ſm motus vẽtura eſſe oſtendit. niſi fortaſſe lunam pro tunc retrogradã(quod ridiculũ eſt)autumes.Deniqꝫ de motib⁹ planetarũ quid dicã:nõ ſatis cõpertũ habeo.eos enĩ vt ⁊ alia adulterinos eſtimo:potiſſimũ cũ tẽpora:ꝑ que in noticiã motuũ venim⁹:cũ motib⁹ nõ hereant.qđ primũ vitiũ artꝫ indicat. Poſſent ⁊ alia ꝙ̃plurima oſtendi:in parteſqꝫ noſtras tutãdas adduci.ſed ne legentib⁹ tediũ afferãt:in poſt ſi opus fuerit recenſenda differam. Nunc iam liquido agnoſcas tu liuide: quo te iſta tua cupiditas effrenata libidoqꝫ furioſa duxerit.vt in aſtronomicis rudimẽtꝫ:nõ tã cecutiẽs ꝙ̃ errabũdus compertus ſis. Quo modo iam tuis motuũ calculis:quos vt opinor(cum angelus ſis)pro libito effingis: fidem quis ſapiẽs adhibebit rogo: cũ in hac numeratione miliarioꝝ:re quidẽ vt puerili tã leui ceſpitare inuẽtus es. Oẽs ſpernis effrõtate.vt nec quidẽ tibi Ptoleme⁹:nec Cãpan⁹ ſatis doctus preter te videat᷑. Ubi ad hec iſta inuſitata rabie tua: maiores meos:ac vniuerſitatẽ noſtrã: hoc genere ſcie ſemꝑ florentẽ:ac vbiqꝫ gẽtiũ famigerã:tu inſane temerarie inuaſiſti. Parũ tibi ꝯſulere videris:qui tam temere hoſtẽ in pugnã nulla cauſa laceſſis. Memẽto: eos aliqñ hoſtes acerrimos cognoſces: quos amicos nullo iure ꝯtẽpſiſti.Utinã tui maiores mihi nunꝙ̃ abſqꝫ debita reuerẽtia nominandi(ſi eoꝝ numero aſſcript⁹ es)rem hanc penſitarẽt.quos ſcio eius demẽtie ⁊ ſceleris nõ eſſe ſocios. dicẽt profecto te magis morbo ac petulantia iſta animi ea cõfeciſſe ꝙ̃ recto rõnis iudicio: cũ in te neqꝫ modũ neqꝫ modeſtiã aĩaduertẽt vllam.quos dehinc credo talia nõ admiſſuros. Tu v̾o deſine bonos petulãtiſſima ꝯſectari lingua.deſine iſto procacitatis morbo vti:parciuſqꝫ iſta viris obiciẽda memẽto. Qꝫ ſi te ab his nõ abſtinere ſenſero: reſpondebo tibi:vt ſi quã maledicẽdo voluptatẽ capies:eam male audiendo amittes.

Nunc mea nunc tenues reddit tibi fiſtula flatus:
Et ſonat exiguos parua cicuta ſonos.
Liuide quapropter morſus compeſce ferinos:
Et ceſſa egregios dilacerare viros.
Atqꝫ artem duro quam noſti pectore verſa:
Nec doceas ſophiam: garrule inepte: deam.
Qꝫ ſi viriuomis perges ſeuire labellis:
Accipies ſtigys oblita verba vadis.
Et tibi belligeros recinent mea claſſica cantus:
Edicentqꝫ graues tympana tacta vices.

Quiſq; legere ſciens: vſum facilem noſtri almanach habeat in electionib⁹ potiſſimū cōmunibus. vti ſunt ſanguinis electio: balnei ingreſſus: purgatio humorū corporis: queve tempora ſeminationi ꝛ plātationi ꝯgrua ſint: Adieci in dextra facie almanach ſpaciola puncta quedā ꝑtinentia: que indicāt tempus bonū: aut electū: aut mediocre: cum titulis in parte ſuperiori ſtatutis: ad quoduis operū illoꝝ faciēdū. Uolens itaq; die aliquo menſis ſanguinem minuere: vide an ex aduerſo illius diei in ſpacio ſub titulo Minuere: aliquod punctū inueneris. Et ſi nullum punctū inueneris: diem illam penitus minutioni nō ꝯuenientē ſcias. Qz ſi vnū duntaxat punctū offertur: tempus mediocre indifferenſq; illa die datur intelligi pro minutione facienda. Duo aūt puncta inuenta tempus laudabile bonūq; indicant. At tria pūcta in ſpacio ſtantia diem electā ꝯuenietiſſimāq; pro minutione oſtendunt. vbi mox ad dextrā te cōferas: ꝛ cernes partes corporis: in quibus pro tunc minutio fieri non debeat. vt cephalicā: coxas ꝛc̃. excipi ſub titulo Preter partes corporis: in fronte pagine appoſito. Dehinc ꝑtin⁹ cōplexio hoīs: cui tēp⁹ illud aptum ſit: appoſita eſt. an flegmaticis aut colericis: vel melancolicis tali die minutio ꝯueniat. Eodē mō tp̄s aptū: indifferēs: electūq; pro balneisītrādis: humorib⁹ purgādis: ſeminatione ꝛ plantatione ex numero pūctoꝝ in ſuis ſpacijs colliges.

## ¶ Canon Johannis de Monte regio in Ephemerides.

Vſum ephemeridis cuiuſlibet breuiter exponem⁹. In primis adeſt numer⁹ anni: ad quē ſpectat almanach quodcūq;. Deinde ſuccedūt que vocanꝫ feſta mobilia. quib⁹ dieb⁹ quoꝝ menſiū agi ſoleant. Quib⁹ res vulgate Ciclus ſolaris Aureus numer⁹: Litteraq; dn̄ical': ꝛ Inditio romana adijciunꝫ. Ac ſi qd̄ luminariū anno quopiā defecturū eſt: tp̄s medie eclypſis: itē dimidia duratio: pūctaq; eclyptica: ſi particularꝫ fuerit eclypſis: cū figuratiōe ꝯgrua denotāꝫ. Ceterum quinq; planete quibus regredi incipient diebus: ꝛ quantū durabit cuiuſq; regreſſio: ſi modo eam habiturus eſt. item quotiens mercurium regredi cōtingit: certis diebus prefinitur. Quas res ſi quis in textu numerorum promptius intueri cupiat: ꝑ ſyllabas re ꝛ di textui motuū impreſſas locū ꝛ tēp⁹ regreſſionis ꝛ directionis ſignificantes: id facillime edocebiꝫ. ¶ Jam verſo folio duplex litterarū ſpecies offertur. Siniſtra quidem facie numeri motuum verorum gradibus minutiſq; diſponuntur. Uerum quo articulatius ſingula diſcernas: in ea facie menſis notatur: cum inſignib⁹ quibuſdam diebus ſuis: litteraq; dn̄icali repetita ac numero dierū ſuorū. vt certo ꝛ omnib⁹ noto tempori motus certus aſſigneꝫ. Succedunt deinceps octo columnule: lineis diſcrete ſinglarib⁹. Quarū ꝓma ſol' eſt: ſecūda lune: octaua capiti draconis lunarꝫ dicaꝫ. Quinq; aūt medie planetis alleganꝫ. ſaturno: ioui: marti: veneri: ꝛ mercurio: characterib⁹ etiā ꝓprijs hūc ordinē ſupne commōſtrātib⁹. Quoꝝ ac alioꝝ quorundā ſignificationē poſthac interpretabimur.

Unaqueq; columnula duplicem numeroꝝ habet ordinē: graduū videlicet ac minu
torū. qui cui⁹ ſint ſigni: character proximo ſuprapoſitus admonet. Dīs aūt motus
verus hic deſignatus ad meriē referṫ diei cui⁹ numero opponunṫ gradus ⁊ minu
ta talis motus. Dies etiā equales ſupponim⁹: veluti ſupputatio poſtulat aſtrono-
mica. Qui enī petit motū lune verū ad meridiē vulgarē: quo. ſ. ſol meridianū poſſi
det: ad quē claudunṫ dies apparētes aut inequales: Is intret tabellam lune infe-
rius exponēdā: cū vero loco ſolis. ⁊ quod in cōi angulo ſigni graduūq; ſolis offerṫ
demat ex numero lune in almanach poſito. Hac etiā cautiūcula vtaṫ: quotiēs locū
lune verū in themate quopiā. i. figura celi ſiſtere velit. Sol aūt planeteq; propter
tarditatē mot⁹ ſui hac ſarciēdi formula nō egent. Eſt ꝑterea aliud renumerationis
gen⁹: ꝑpter diuerſitatē meridianoꝝ ꝯtingēs: ſi momēta quelib; q̄uis exigua pſeq
velis. qđ qdē hac lege abſolues. In tabula regionū in fine almanach poſita accipe
nomē habitatiōis tue: ſi illic ſcripta ſit: aut vicinioris. ⁊ numerū qui e directo eius
iuxta notā a vl' m apparet: adde tēpori cuiuſcunq; ꝯiunctionis: oppōnis: quadratu
re: aut eclypſis luminariū: quod in textu ephemeridis cuiuſcūq; ſcriptū eſt: ſi nota
a occurrat adde. aut ex eodē ſi nota m minue. Ea quippe columnula numerorū que
iuxta priorē ordinē notarū a ⁊ m apparet: horas ⁊ minuta horarū complectiṫ. que
aūt poſteriori notarū a ⁊ m ordini adiacet: minuta tm̄ exhibet addenda motui lu-
nari in almanach ſcripto: aut minuenda ex eo: ꝓut nota precedens admonet. Por-
ro ſi libeat inquirere motū verū alicui⁹ planete ad horā diei quācūq;: motus eius
diurnus eliciaṫ: id eſt differētia duoꝝ motuū īmediate cōſcriptoꝝ. Hinc portio ho
raria diſcaṫ: que eſt vigeſimaquarta pars motus diurni. Quā ſi totiens addideris
motui ſcripto: quot ſunt hore vltra meridiē: planeta ꝓgrediēte. aut totiēs detraxe
ris planeta regrediente: motus verus ad horā propoſitā emerget. Ceterū ſingule
planetarū columne binas in capitib⁹ geſtāt lr̄as: que ſinglorꝝ latitudines ad initia
menſiū q̄dāmō indicāt. Nēpe bis duab⁹. S. A. ſeptētrioal' aſcēdēs. Illis aūt. S. D.
ſeptētrional' deſcēdēs planeta inſinuaṫ. Sic M D meridianū deſcēdentē. ⁊ M A
meridianū aſcēdentē ſignificāt. In calce vo ſingularū prefatarū columularū plane
tis quoq; ſubſeruientiū Latitudines eorundē in gradib⁹ ⁊ minutijs ad primū: deci
mū: ⁊ vigeſimū diē menſis ſuprapoſiti deprehēdenṫ. que ſm̄ lr̄arū capitaliū ſigna-
tionē iā ſup̄ expoſitā nomē ſortieṫ: planetiſq; adaptabunṫ: niſi in ꝯtextu numeroꝝ
a capite columnule ad pedē eiuſdē deſcēdendo lr̄a. S. M. A. vel D. a capitalib⁹ diſ-
crepās occurrerit. tūc enī aut latitudo planete: aut eius aſcēſus vel deſcenſus pro
lr̄e expreſſione mutabiṫ. Perſcitis igiṫ triū memoratoꝝ dierū mēſis latitudinib⁹:
eedē pro alijs dieb⁹ mēſis facile ꝓportionabunṫ atq; diſtribueṫ. Lunā vo genera-
liṫ a capite ſui draconis in caudā eiuſdē ſeptētrionalē: ⁊ a cauda ipſius rurſus in ca
put meridianā habere latitudinē ambigit nemo. Que quot graduū ⁊ minutoꝝ ſit
ꝓprio poſthac canone vbertim explanabiṫ. Nūc demū que in dextra facie notanṫ
addiſcam⁹. Sed bonā hui⁹ interpretamēti partē titulus capital' abſoluit. Quippe
aſpect⁹ lune ad ſolē ⁊ planetas ſex columnul' exponunṫ. q̄ ſol' ac planetaꝝ ſex ꝓpas
notas i capitib⁹ ꝓferūt aſpectuū: aſpectuū qdē differētijs p characteres etiā ſuos
deſignatis. Horis aūt quib⁹ aſpectus ipſi perficiūṫ: ab occāſu initiū ſumētib⁹. Ue-
rū coniunctiones luminariū oppoſitioneſq; non ſolū horis: ſed ⁊ minutis earum
adnotanṫ in columnula ſol'. Juxta quā etiā a ſiniſtris eſt numerus dierū menſis cu
iuſq;. vt aſpect⁹ vniuerſi tꝑib⁹ certis poſſint aſſignari. Sequiṫ aſpect⁹ ſol' ⁊ plane

tarū int̄ ſe ſparſim(vt rō motuū exigit)inſerti. Neq; deeſt lune cū capite caudaq;
draconis ſui cōgreſſio. Poſtremo peculiare quoddā planetꝫ a ſole accidēs indicat.
qn̄ videlicet orīētales occidētaleſue ſint. Tres qdē ſupiores:ſaturn⁹:iupit̄:⁊ mars
orīētales dicūt̄ q̄ꝫdiu ſol ab eis poſt ꝯiūctionē recedēs:ad oppoſitionē eaꝝ ꝓcedit
Qua pacta occidētales appellant̄:donec iterū eis ꝯiūgit̄. Uen⁹ aūt ⁊ mercuri⁹ q̄ꝫ
diu ſolē occidentē veſpi inſequūt̄:occidētales dici ſolēt.Dū aūt mane ſolē āńcedūt
orīētales denoīari ꝯſueuerūt. Huiuſcemodi accidētia duplices inſinuāt ſyllabe or ⁊
oc in capitib⁹ gnq; colūnularū poſite.Et hacten⁹ qdē de motib⁹ ipſis ac paſſiōib⁹ q̄
ad eos ſeq̄nt̄.Quātas aūt cōmoditates p̄beāt res ille ad exercitia medicoꝝ multi
moda: ad geniturā hūanā ſuāq; reuolutionē:ad aerꝫ itē mutatiōes:ad p̄ncipia ope
rū:q̄ vulgo electiōes dicūt̄:ad alioſq; vſus ciuiles ꝓpo poſthac canone explicabit̄.

| Characteres:ordo:⁊ noīa ſignoꝝ zodiaci. | |
|---|---|
| ♈ 1 Aries. | ♎ 7 Libra. |
| ♉ 2 Taurus. | ♏ 8 Scorpio. |
| ♊ 3 Gemini. | ♐ 9 Sagittari⁹. |
| ♋ 4 Cancer. | ♑ 10 Capricorn⁹. |
| ♌ 5 Leo. | ♒ 11 Aquarius |
| ♍ 6 Uirgo. | ♓ 12 Piſces. |
| Characteres:ordo:⁊ nomina planetarū. | |
| ♄ 1 Saturnus. | ☿ 6 Mercurius. |
| ♃ 2 Iupiter. | ☽ 7 Luna. |
| ♂ 3 Mars. | |
| ☉ 4 Sol. | ☊ Caput. |
| ♀ 5 Uenus. | ☋ Cauda. |
| Characteres ⁊ nomina Aſpectuū. | |
| ☌ Coniūctio. | □ Quartus. |
| ☍ Oppoſitio. | ⚹ Sextilis. |
| △ Trinus. | |

Tabella Lune.

| g | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 0 | 4 | 9 | 10 | 8 | 6 | 8 | 13 | 16 | 15 | 8 | 2 | 0 |
| 2 | 4 | 9 | 10 | 8 | 6 | 8 | 13 | 16 | 14 | 8 | 1 | 0 |
| 4 | 5 | 9 | 10 | 8 | 6 | 8 | 13 | 16 | 14 | 7 | 1 | 0 |
| 6 | 5 | 9 | 10 | 8 | 6 | 9 | 13 | 16 | 14 | 7 | 1 | 1 |
| 8 | 5 | 10 | 10 | 7 | 6 | 9 | 14 | 16 | 13 | 6 | 1 | 1 |
| 10 | 6 | 10 | 10 | 7 | 6 | 9 | 14 | 16 | 13 | 6 | 0 | 1 |
| 12 | 6 | 10 | 10 | 7 | 6 | 9 | 14 | 16 | 13 | 5 | 0 | 1 |
| 14 | 6 | 10 | 10 | 7 | 6 | 10 | 15 | 16 | 12 | 5 | 0 | 1 |
| 16 | 7 | 10 | 10 | 7 | 6 | 10 | 15 | 16 | 12 | 4 | 0 | 2 |
| 18 | 7 | 10 | 9 | 6 | 6 | 10 | 15 | 16 | 11 | 4 | 0 | 2 |
| 20 | 7 | 10 | 9 | 6 | 7 | 11 | 15 | 16 | 11 | 3 | 0 | 2 |
| 22 | 8 | 10 | 9 | 6 | 7 | 11 | 16 | 16 | 10 | 13 | 0 | 3 |
| 24 | 8 | 10 | 9 | 6 | 7 | 11 | 16 | 16 | 10 | 3 | 0 | 3 |
| 26 | 8 | 10 | 9 | 6 | 7 | 12 | 16 | 15 | 9 | 2 | 0 | 3 |
| 28 | 8 | 10 | 8 | 6 | 7 | 12 | 16 | 15 | 9 | 2 | 0 | 4 |
| 30 | 9 | 10 | 8 | 6 | 8 | 13 | 16 | 15 | 8 | 2 | 0 | 4 |

## Canon de latitudine Lune inuenienda.

ACceptis ex almanach veris motibus lune ⁊ capitis draconis eiuſdē pro
certo tp̄e deſignato:characteres ſignoꝝ eorūdē motuū per tabellā cha-
racterum duodecim ſignorū zodiaci reſolue.Ueroq; motu capitis dra-
conis lunaris a vero motu lune ſurrepto:coaſſumptꝫ duodecim ſignis:
ſi alias ſubtractio perfici nequeat : verū ⁊ equatū argumentū latitudi-
nis lune emerget. Cum quo tabulam latitudinis lune in calce almanach ꝯſulto an-
nexam ingredere:perquirendo ſignū argumēti aut in capite aut pede ipſius tabu-
le.Signo in capite tabule deprehenſo:gradū argumēti in linea numeri graduū la-
teris ſiniſtri a capite tabule ad ei⁹ pedē deſcēdendo accipe.⁊ in angulo cōi aut cō-
curſu linearum ſigni et gradus argumēti inuenies latitudinē ſeptētrionalem lune
per gradus ⁊ minuta ſcriptam. Septentrionalem quidem aſcēdentē:cū argumen
tū latitudinis.o.1.aut.2.in ſignis tenuerit. Septētrionalē vo deſcēdentē:argumē
to.3.4.aut.5.ſig̃ poſſidēte. Qꝫ ſi ſignū memorati argumēti in pede tabule offendis

gradum eiuſdem in linea numeri graduū lateris dextri a pede ad caput tabule ſcā-
dendo recipe.⁊ in cōmuni angulo ſigni ⁊ gradus ipſius argumenti latitudinē meri
dianā in gradibꝰ ⁊ minutis agnoſces. Quā meridianā deſcēdente cū argumentū.6.
7.vel.8.ſigna habuerit ꝓnūciabis. Aſcēdentē vo: argumēto.9.10.aut.11.in ſignis
cōplectente. Si ꝑterea argumēto lune equato minuta certa adheſerint: duplici in
troitu agēdū eſt. Differētia (vt aſſolet) excerpēda: ⁊ pars ꝓportionalꝭ ſm ꝓportio
nē minutoꝝ iuxta integros gradus ad.60.minuta eliciēda: tādē addēda aut reijciē
da: ꝓut huiuſcemodi negociū mathematicū poſtulat. Et quia he res vulgate oībꝰ
etiam mediocriter doctis: qui ſupputandis ſtellarum ac planetarum motibus in-
dulgent: notiores ſunt q̄ȝ (vt aiunt) delia canibꝰ: conſilio preterimus.

¶ Commentariū quo quiſqȝ facillime eas: de quibus dictum eſt:
cōmoditates ex Almanach colligere poterit.

SI quis aeris mutationē: electā diē pro minutione ſanguinis: pro appli
catione medicaminū: ac diuerſoꝝ operū inceptiōibꝰ preſcire voluerit:
neceſſe eſt vt imprimis planetarū ſignorūqȝ naturas ſeu ꝓprietates
ꝯnoſcat. Quamobrē aduertendū eſt: zodiacū in quo duo luminaria cū
qnqȝ planetis ꝯtinue feruntꝰ: ſigna duodecim tenere. In quoꝝ quolibet.30.gradus
ſunt. Gradus aūt vnus.60.minuta ꝯtinet. Noīa ⁊ ordo ſignoꝝ ſunt Aries Taurus
Gemini Cancer Leo Virgo Libra Scorpio Sagittarius Capricornus Aquarius
Piſces. Naturas vo ſignoꝝ (quas alij cōplexiones appellant) ſequens figura pul-
chre oſtendet. ¶ Preterea duoꝝ luminariū ⁊ quinqȝ planetarū he ſunt ꝓprietates
Sol calidus eſt ⁊ ſiccus: beniuolus. Ex corpore humano cerebrū: medullam: viſum
neruos: ⁊ in oībꝰ mēbris dextre partȝ portionē aſſumpſit. Eiuſqȝ ſplendor eſt.15.g̃.
ante: ⁊.12.retro. Luna frigida ⁊ humida: beniuola quoqȝ: in oībꝰ mēbrȝ ſiniſtre par
tis portionē obtinet.⁊ ꝑterea ſtomachū: pulmonē: vētrē: mulieris genitalia cuſto-
die habet. Radij eius ſunt.12.g̃.ante ⁊ retro. Saturnꝰ inimicus nature: frigidus et
ſiccus: peſſimꝰ. Ex membris humanis dextrā aurē: ſplenē: veſicā: melancoliā cū por
tione flegmatis tenet. Lux eius eſt.9.g̃.ante ⁊ retro. Jupiter optimꝰ natura calidꝰ
et humidus: ſanguineus. In corpore humano cordi: epati: auriqȝ ſiniſtre preeſt. Ra
dij eius ſunt ante ⁊ retro.9.g̃. Mars maliuolus: calidus ⁊ ſiccus. In corpore huma
no colerā: venas: ⁊ (vt aliq volūt) epar poſſidet. Lux eiꝰ ante ⁊ retro.8.g̃. Venꝰ bo-
na: frigida ⁊ humida: flegmatica. Ex membris humanis ſpinā: nates: lumbos: pecti
nē: renes: verēda.⁊ cū luna pinguedinē tuta͛. Eius radij ante ⁊ retro.7.g̃. Mercu-
rius mediocris: naturā ſumēs planete cui cōplecti͛. Humani corporis linguā: ſen-
ſus ⁊ memoriā obtinet. Lux eiꝰ eſt.7.g̃.ante ⁊ poſt. ¶ Et quia iam dicti planete ⁊ lu
minaria dicū͛ ſe aſpicere: nō debet nos latere: qui ſint hi aſpectꝰ: ⁊ quot. Sextilis
aſpectꝰ eſt: qñ planete diſtant inter ſe ꝑ ſextā circuli partē: hoc eſt ꝑ.60.g̃.ſiue ꝑ duo
ſigna.⁊ eſt bonus. Aſpectus quartus: cū ꝑ tria ſigna ſiue ꝑ q̄rtā circuli partē diſtāt.
et eſt malus. Trinꝰ aſpectus eſt: cū ꝑ quattuor ſigna ſeu ꝑ tertiā partē circuli diſtāt.
et eſt optimus. Oppoſitus aſpectus eſt: cū planete diametraliter opponun͛: vel
ſex ſignis ab inuicem diſtant.⁊ eſt peſſimꝰ. Coniunctio vo (que improprie aſpectus
dici͛) eſt: qñ vnus planeta fuerit ſub radijs alterius.⁊ hoc modo cū ſole dicun͛ cō-
buſti. Et ꝯiūctio bonoꝝ eſt bona: maloꝝ aūt peſſima. Bonꝰ ſi ꝯiūgi͛ malo: eius ma-
liciam aufert: non tamen ſine pernicie vel detrimēto boni. Et ſingulariter iupiter
maliciam ſaturni: venus vo martis nocumentum remouet.

## ¶ Tabula proprietatum ſignorum.

| Signa zodiaci | Nature ſignoꝝ. | Membra q̄ reſpiciunt. | Planete p̄dominātes | Luna exiſtēte in aliquo ſignorum quid valeat. |
|---|---|---|---|---|
| Aries.<br>♈ | Igneum. Calidū et ſiccū.<br>Colericum. | Caput. | Mars cū ſole.<br>♂ ☉ | Cum principibus ⁊ diuitibꝰ ſermonem habeas. Quod cito vis fieri incipias. |
| Tarus.<br>♉ | Terreū. Frigidū et ſiccū.<br>Melācolicū. | Collum. | Venus cū Luna.<br>♀ ☽ | Si quid firmum fore deſideras incipe. edifica. loquere cū mulieribus. leticie operā des. boues eme. |
| Gemini<br>♊ | Aereū. Calidū ⁊ hūidū.<br>Sāguineū. | Humeros.<br>Brachia.<br>Manus. | Mercuriꝰ cum capite.<br>☿ ☊ | Pueros ad litteras diſcēdas trade. a ventoſis ⁊ venarū apertione caueto. |
| Cancer.<br>♋ | Aqueū. Frigidū ⁊ hūidū<br>Flegmaticū. | Pectus. ſtomachū. pulmonē. ſplenē | Luna cum Ioue.<br>☽ ♃ | Migrationem facito.<br>Electuaria commode accipis. |
| Leo.<br>♌ | Igneū. Calidū et ſiccū.<br>Colericum. | Cor. ſtomachū. dorſum. et latus. | Sol.<br>☉ | Qđ ratū eſſe voluerꝫ inchoa. Veſtimēta noua ne incidas. vel induas. Vomitū euites. |
| Virgo.<br>♍ | Terreū. Frigidū ⁊ ſiccū.<br>Melācolicū. | Vētrꝫ. diafragma. ītestina ſup̄ vmbilicū | Mercurius.<br>☿ | Pueros litteris trade.<br>Amores puellarum quere.<br>Vxorem ne ducas. |
| Libra.<br>♎ | Aereū. Calidum ⁊ humidum.<br>Sāguineū. | Lūbos. vmbilicū ⁊ inteſtina īferiora pectinem. anchas ⁊ nates | Venus cū Saturno.<br>♀ ♄ | Iter facito.<br>Venerem ne exerceas.<br>Eme ⁊ vende. |
| Scorpio.<br>♏ | Aqueū. Fridū ⁊ hūidū.<br>Flegmaticū. | Veſicam.<br>Anum.<br>Pudenda. | Mars. | Nihil boni prorſus incipies: quia ſignū eſt falſitatis ⁊ mēdacij. |
| Sagittarius.<br>♐ | Igneum. Calidum ⁊ ſiccū<br>Colericum. | Femora. | Iupiter cū cauda.<br>♃ ☋ | Artem ſagittandi exerceas.<br>Cum mulieribus lude.<br>Cū iuriſpitꝫ ſit tibi ꝯuerſatio.<br>Mercaturam facito. |
| Capricornꝰ.<br>♑ | Terreū. Frigidū ⁊ ſiccū.<br>Melācolicū. | Genua. | Saturnus cū Marte.<br>♄ ♂ | Sis cum ſenibus.<br>Agrum: vineas: ⁊ hortos cole. |
| Aq̄riꝰ.<br>♒ | Aereum. Calidū ⁊ hūidū.<br>Sanguineū. | Crura vel tibias. | Saturnꝰ.<br>♄ | Ciuitatum: domorum: ⁊ edificiorum fundamenta iacito. Arbores ⁊ vineas plantato. |
| Piſces.<br>♓ | Aqueū. Fridū ⁊ hūidū.<br>Flegmaticū. | Pedes. | Iupiter cū Venere.<br>♃ ♀ | Rhetia piſcatoria exerceant. |

¶De Aeris mutatione.

Ad prognoſticandum aeris mutationē operepreciū eſt quaſdam generaliſſimas regulas premittere. Quarum prima eſt. Radiatio planetarum agit ſm qualitate tēpoꝝ generalem. In Uere igit abundat humiditas. In eſtate calor ꝛ ſiccitas. In autumno humiditas cū vētis. In hieme frigus ꝛ nix. Ob quā rem in ſequenti figura vniuſcuiuſq; aſpectus planetarū q̄ttuor fere ponunt effectus: quattuor ſcʒ temporib⁹ anni ꝯueniētes. Itē ſubſcripte radiationes agunt etiā ſm magis ꝛ minus: ꝓut veniūt ex ſignis ſeu locis humidis ꝛ calidis vel frigidis ꝛc̄. Et vltimate annotandū eſt: q̄ preter ſubſequētes radiationes ortus ꝛ occaſus: item ꝯiūctio planetarum cum ſtellis fixis notabiliorib⁹: ſicut ſunt Arcturus Cor leonis Pleiades Aldeboran ꝛc̄. efficaciſſimā aeris mutationem faciunt. Planete quoq; (vt antiqui obſeruauerūt) quotiens ſignū mutant: aeris etiā mutationem inducunt. Luna vō propter velocitatem ſui motus ſola rariſſime auram mutat. Concurrentibus vō alijs teſtimonijs multum auget. Et eius effectus quo ad auram circa pleiades eſt ſenſibilior. Preterea combuſtio: retrogradatio: et ſtationes planetarum quantum in hac etiam re facere habeant Alkindus in ſpeciali quodam libello ſufficientiſſime conſcripſit.

¶Figura Aſpectuū planetarū Aeris viciſſim mutationes cauſantium.

| ☌ Cōiūctio.<br>☍ Oppō.<br>□ Quartus. | ☽ Lune. | ☿ Mercurij | ♀ Venerꝫ. | ☉ Solis. | ♂ Martꝫ. | ♃ Jouis. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ♄ Saturni. | facit nebulā. auget frigus et humiditatē. | Uētos vel pluuiā Uētos et nubes. | Plu. frig⁹. himbrem. Pluuiā. frigus. niuem. | Pluuiā. fri. grādi. toni. Plu. frig⁹. Niuem. | Pluuiam. toni. grādi. Pluuiam. Niuem. | Pluuiam. grādi. toni. vē. vel pluuiē ꝛ fri. |
| ♃ Jouis. | Auget humiditatē. | Uenti q̄s interdum ſequitur pluuia. | Pluuiā. nubes ſaltem. Pluuiam. Niuem. | Uē. nubes. toni. grādi. Uē. pluuiā Niuē et frigus. | Pluuiam. toni. tempeſtatem. pluuiā. niuem. | |
| ♂ Martꝫ | Parum facit. | Uentos et nubes. Pluuiā. Niuem. | Pluuiam. Himbrem Pluuiam. Niuem. | Uē. nubes. toni. fulmē. Uē. nubes. Niuem. | | |
| ☉ Solis. | Facit ꝑ alteratiōe aeris: ꝑſertiꝫ ī locꝫ hūidis | Uentos cū nubibus. Aliqn̄ nebulam. | Pluuiam. toni. him. Pluuiam. Niuem. | | | |
| ♀ Veneris. | Auget humiditatem impedit ſiccitatem. | Pluuiam. Aliqn̄ ꝑcedētib⁹ vētꝫ. | | | | |
| ☿ Mercurij. | Nihil facit niſi alia cōcurrāt teſtimonia. | | | | | |

## Quid ſub quolibet aſpectu Lune ad planetas eligendum fugiendumue ſit: hec figura breuiter comprehendit.

| ☽ | ☌ | ⚹ | □ | △ | ☍ |
|---|---|---|---|---|---|
| ♄ | Dies ifortunata. Iter ne facias. principibus ⁊ ſenibus ne loquarȝ. villicos ⁊ agricultores fugias | Senibus et agricolis te iūgito. edifica. terram cole. arbores et vineas plātato. ab amore mulierū fugias. | Dies metuenda. A colloquio ſenū et principū abſtineas. itinera ⁊ medicamina fugito. deſideriū differ. | Senibus et agricolis congredere. ruinoſa erige. inueterata reſtaura. Uineas ⁊ hortos cole. | Seruos ne conducas. lucra ⁊ cēſus ne exigas. ⁊ nihil prorſus (ſi ſapis incipies. |
| ♃ | Dies fortunata. nobiles: ꝓlatos: iudices accedas. ꝯſilia ⁊ ius expetas. | Iuriſperitis ⁊ ꝑſonis eccleſiaſticȝ te iungito. leges: atqȝ decreta legito. | Studio philoſophie incūbas. iudicia atqȝ conſilia tractare poteris. | Omne op⁹ honeſtū icipias. regib⁹ principib⁹: ꝓlatis atqȝ iudicibus te obuiū facias. | Iter arripe viator. q̄druuio operā des. iudicib⁹ et ꝑſonis eccleſiaſticis occurras. |
| ♂ | Dies infortunata. Iter ne arripias. milites et viros ſtrēuuos vitabis. | Arma et equos ꝓ bello emas. ire exercitū in bellȝ iubeas. Pro alchimia ignes accende. | Dies timoris. cōtentiones fugias. pacē vel fedus firmum ne facias. | Cuncta pro bello neceſſaria diſponas. aīalia ⁊ alias beſtias eme. Experientiam in alchimia facias. | Iter ne facias. fuge conſortia: amicicias et mulierū amores. Seruos quoqȝ minime cōducas. |
| ☉ | Prorſus nihil icipias niſi ea que ſecreta atqȝ occulta fore deſideras. | Regū ⁊ ꝓncipū ſecularium negocia cōmode tractes. Dignitates atqȝ officia ex regib⁹ vel principib⁹ facile obtinebis. | Caue a principib⁹ ⁊ magnatibus: q: dies vitandus in omnibus. | Munera ꝓncipibus ⁊ ſupiorib⁹ offeras: quodqȝ ab ipſis petieris: facile īpetrabis. ſed⁹ iter ꝓncipes facere optimū eſt. | Iudicium ne ſubeas. a potentibus et diuitibus te retrabas. ⁊ in omni opere hunc diem vites. |
| ♀ | Dies voluptatibus et diuitijs apta. Ueſtes indue vel incide. mulierum amorib⁹ te aſſocia: ⁊ q̇cq̇d amas pete. | Dies amorib⁹ apta: ⁊ multȝ proſpera. coniugia facias. ſingula ornamēta perquiras. | Seruos ⁊ operarios conducas. ludis ⁊ cātilenis operā des. veſtes īduas nouas vel īcidas. vxorē ſi placet ducas. | Capillos ornes. amorē mulierū petas. filijs procreādis ſtudeas. veſtes nouas indue: ſi luna nō fuerit in leone. | Seruos et ancillas cōducere optimū. iter facere cōuenit. ſicut ⁊ m̄rimoniū ꝯtrahere. ⁊ cūctȝ voluptatibus ⁊ delicijs operam dare licebit. |
| ☿ | Scripta ⁊ calculum incipe: mercaturā exerce. Nuncios vel tabellarios mittas. | L̄ris operā des. rōnē de mercatura vel officio facias. adoleſcētes ꝑceptorib⁹ cōmittas. cācellarijs et igenioſis hoīb⁹ te aſſocia. | Legatos: oratores: reliquos etiā tabellarios mittere bonū eſt. iter facias. emere ⁊ vēdere ſingulariter valet. | Carmina componas. que ſunt ſubtilia excogita. in quadruuio te exerceas. filios diſciplinis trade. | Scribis ⁊ cancellarijs te iungito. nuncios mittas. iter facias. Eme. vende. ⁊ te in humanis et mathematicis litter' exerceas. |

Conſcia fati ſydera.

¶De electionibus ·Primo premittuntur ·impedimēta Lune: que in omnibus operum electionibus conſiderare oportebit.

NUlla penitus valebit electio: vl' alicui⁹ opis laudabil' inceptio: ſi luna fuerit ꝯiūcta vl' oppoſita: vl' in radiatiōe q̄rtili cū ſole infra. 15. cū ſaturno infra. 9. cū marte īfra 8. g̃. Scđo ſi luna fuerit cū capite vel cauda ſui draconis īfra. 12. g̃. Tertio ſi fuerit curſu vacua ſine feral'. Quarto dū fuerit ī. ♊. vel dū fuerit a. 18. g̃. ♎. vſq; ad. 6. g̃. ſcorpionis. Illi enī gradus (vt Zabel dicit) via combuſta dicunt̄. Cautū etiā eſt: ſi ſaturnus vel mars alios planetas aliq̄ mala radiatione affecerit: ab operū inceptiōe ⁊ alijs electiōib; deſiſtere.

¶Pro Minutione ſanguinis Electio.

SIgna idonea ꝓ minutiōe ſāguīs ſunt. ♈. ⁊. ♐. q̄ flegmatic; ꝯſunt. ♒. ⁊ libre ꝑma medietas: q̄ melācolic;. ♋. ⁊. ♓. q̄ coleric;. Sūt tn̄ aliq̄ q nō ſine rōne cōmēdāt vltimā faciē. ♏. ⁊ reprobāt ſecūdā faciē aq̄rij cū vltima facie piſciū. Ad hec notādū ē lunā q̄ttuor habere q̄dras. In q̄rū ꝑma a ꝯiūctiōe ad q̄draturā primā iuuenili etati ꝓdeſt. Scđa iuuenili ⁊ virili. Tertia virili ⁊ ſenili. Ultima ſenili dūtaxat valebit. Conciliator vo ꝑmā ⁊ vltimā q̄dras multis rōnib⁹ refutat. ſecūdā ⁊ tertiā magis approbat. Illud q; aduertēdū venit ī oīb; ſequētib⁹: ꝙ lic; luna fuerit in ſigno idoneo: ⁊ cū hoc in aliquo vitiorꝫ ſeu īpedimētorꝫ ſuꝑ annumeratorꝫ: nō tn̄ ſāguis emittēd⁹ eſt. ·Poſtremo ꝓ ea pte corpis minutio ſāguīs nō valebit quā ſignū in q̄ luna eſt reſpicit. Et q̄d mēbrꝫ quodlibet ſignū reſpiciat figura ſupius clare oſtendit.

¶Electio pro farmacia ⁊ alijs medicinis.

MEdicina laxatiua valet ꝑ electuariū in cācro. ꝑ potionē ſiue hauſtū in ſcorpione. per pillulas in piſcib;. Cūq; aliquis colerā purgare voluerit: obſeruet aſpectū amicabilē lune cū venere. Si flegma voluerit euacuare: aſpectū trinū vel ſextilem cum ſole aduertat. ·Pro melancolia euacuanda valet ſextilis vel trinus lune cū ioue. Sed coniūctio lune cū ioue (vt ·Ptol'. dicit) abbreuiat opus purgationis. Et ſi quis ꝑ clyſtere operari voluerit: ponat lunā in libra vel ſcorpione applicantē veneri. Itē virtus attractiua iuuatur in ariete et ſagittario. ·Retētiua cū luna fuerit in virgine. Digeſtiua in libra: vſq; ad decimumoctauū gradū. Ad hec omnia precauenda ſunt impedimenta lune ſuperius annotata.

¶Pro introitu ·Balnei: ⁊ Uentoſis Electio.

INtroitus balnei ꝯſuetus ſaltē valet his dieb; quib; minutio ſanguīs cōpetit. Si vo pro cura alicui⁹ infirmitatis balneū intrare voluerim⁹: opus eſt ꝯſilio ⁊ deliberatiōe maiori: ꝑut infirmitas exiccationem vel humectationē expoſtulat. Inter vētoſas et minutionē ſāguīs ·Hali hāc breuē dr̄iaꝫ annotat: ꝙ minutio ſanguīs meli⁹ valet ante oppoſitionē: preſertim in ſecūda q̄dra. Uētoſe vo plus valēt poſt oppōnē: ⁊ magis in q̄dra tertia.

¶Pro tondendis capillis Electio.

ELectio melior eſt: vt luna ſit in libra: ſagittario: aquario: vel piſcib;: applicās ioui vel veneri per aliquem aſpectum bonū. Secluſis iterum impedimentis ſupra notatis.

¶Electiones in ſeminū iactu Arborum ⁊ Uinearum cultu.

SEminare valet luna exn̄te in. ♉. ♋. ♍. vel libre ꝑma medietate: ⁊ capcorno: applicās laudabili aſpectu ioui vel veneri. In hoc etiā ſingulariter valent ſextilis ⁊ trin⁹ lune ad ſaturnū.
¶Item plantare conuenit luna exiſtente in tauro vel aquario. Et melius in quadra ſecunda. Obſeruatis aſpectibus fortunatis: ⁊ remotis impedimentis lune preſcriptis.
Menſes etiā mag; idonei ꝓ ſeminatiōe et plātatiōe ſunt Martius. April'. Maius. Septēber ⁊ October. ¶Reliq̄ electiones vulgares ex p̄cedēti figura ⁊ alijs ſupra dictis patebunt.

¶Cracouie Ex officina libraria ·Prouidi viri Dn̄i Johannis haller
Anno a Uirgineo par[illegible] Idibus Decembribus.

tis
fis
rit
ḡ.
vel
re.

nt
vi-
ū ē
ati
vo
dū
to
bit
dit.

per
bilē
ad-
niū
lu-
e et
dū.

i vo
tiōe
s et
nte
tia.

neri

uda
rnū.
Ob

eber
unt.

Ko
Ko
Ja
p.
wy

Kr

Konserwację wykonano w Pracowni Konserwatorskiej Biblioteki Jagiellońskiej. Papier konserwowała p.Anna Szeremeta. Nową oprawę wykonała p.Katarzyna Mazurkiewicz.

Kraków, VII-VIII 1978

Biblioteka Jagiellońska
stdr0040420